



# Danskernes Historie Online

Danske Slægtsforskeres Bibliotek

## Dette værk er downloadet fra Danskernes Historie Online

**Danskernes Historie Online** er Danmarks største digitaliseringsprojekt af litteratur inden for emner som personalhistorie, lokalhistorie og slægtsforskning. Biblioteket hører under den almennyttige forening Danske Slægtsforskere. Vi bevarer vores fælles kulturarv, digitaliserer den og stiller den til rådighed for alle interesserede.

### Støt Danskernes Historie Online - Bliv sponsor

Som sponsor i biblioteket opnår du en række fordele. Læs mere om fordele og sponsorat her: <https://slaegtsbibliotek.dk/sponsorat>

### Ophavsret

Biblioteket indeholder værker både med og uden ophavsret. For værker, som er omfattet af ophavsret, må PDF-filen kun benyttes til personligt brug.

### Links

Slægtsforskeres Bibliotek: <https://slaegtsbibliotek.dk>

Danske Slægtsforskere: <https://slaegt.dk>

KJØBENHAVNS  
KIRKER OG KLOSTERE

I

MIDDELALDEREN.

AF

HOLGER FR. RØRDAM.



KJØBENHAVN.

SELSKABET FOR DANMARKS KIRKEHISTORIE.

THIELES BOGTRYKKERI.

1859—63.

**Tillæg**  
af  
forhen utrykte Dokumenter  
og  
Aktstykker.

De efterfølgende Dokumenter og Aktstykker ere nøjagtigt gjengivne efter Originalerne, forsaavidt disse ere bevarede, ellers efter de bedste Afskrifter, som haves. Nogle af dem staa ved første Øjekast ikke i nogen umiddelbar Forbindelse med Kjøbenhavns Kirker, men henhøre dog til Vor Frue Kirkes Arkiv, som Adkomstbreve paa Kirkens Gods. De ere medtagne her, hvor der forøvrigt kun er meddelt et Udvalg af de mest oplysende Dokumenter — maaske i det hele kun en Fjerdedel af de endnu bevarede utrykte Breve vedkommende Kjøbenhavns Kirker og Klostre i Middelalderen — fordi de findes i en mindre let tilgængelig Samling og lettere udsatte for Tilintetgjørelse end de Dokumenter, der bevares i Gehejmearkivets faste Hvælvinger. At jeg forøvrigt for den ældre Tid, fra hvilken kun faa Dokumenter ere bevarede, har været mindre sparsom i Valget, end for den senere Tid, antager jeg, vil billiges. — Nogle af Afskrifterne ere velvilligt besørgede af Hr. Cand. phil. C. M. A. Mat-thiessen, Stipendiat i Gehejmearkivet.

---

1.

1276. 23 Juni. Biskop Peder Bang af Roskilde stadfæster det københavnske Kapitels Friheder og fritager dets Tjenere for al bispelig Tyngte og Paalæg.

Vniuersis presentes litteras inspecturis P(etrus) dei gracia episcopus Roskildensis salutem in domino sempiternam. Vniuersitati vestre innotescat per presentes, quod dilecti nobis in Cristo discreti viri decanus et capitulum Hafnense in nostra presencia constituti coram nobis proponere curauerunt, quod quidam stimulis superbie et malicie agitati eorum libertatibus et priuilegiis, ipsis concessis tam a predecessibus nostris quam a nobis, quam plurimum inuidentes, predicta priuilegia et libertates presumptione temeraria impugnare undique et diminuere non formidant, in anime sue periculum, multorum scandalum ac dictorum decani et capituli non modicum preiudicium et grauamen: petentes a nobis cum magna instancia sibi super hiis celeri remedio subuenire. Nos itaque, quibus ex officio nostro incumbit subiectos nostros in suo iure deffendere ac eorum violencias et iniurias in quantum possumus propulsare, cum non sit maliciis hominum indulgendum, sed eorum peruersitatibus nequiciis et erroribus resistendum, volumus precipimus et ordinamus predicta preuilegia et libertates predecessorum nostrorum et nostra manere ab omnibus inconcussa et perpetuo duratura, prefatis decano et capitulo tenore presencium concedentes, vt possessiones eorum vniuerse, fundi, villici et coloni ac cetera eorum familia a nostris exactionibus et iuribus omnibus libera sint penitus et exempta, adiacientes quoque concessioni siue graciae

supradicte, vt quociescunque aliquem de familia eorundem dominorum, cuiuscunque condicionis aut status existat, delinquere contigerit, in quocunque casu seu causa delinquens, pro tali excessu vel delictu coram prenominatis dominis et nullo alio conveniatur, et ab eis postuletur, vt exhibeatur, et fiet satisfactio emenda et iusticia, ac eciam eorum super hoc iudicium deffinitio et ordinacio, secundum quod approbata consuetudo et iuris ordo postulat, expectetur. Vt autem prelibata priuilegia omnia et libertates solidiori munimine et presidio fulciantur, mandamus aduocatis exactoribus et officialibus nostris vniuersis, in virtute obediencie districte precipientes, quatenus sepepredictos dominos possessiones eorum et familiam contra libertates et indulta huiusmodi in aliquibus turbare impugnare aut inuadere non presumant, sed eos pocius iura eorum libertates ac familiam in omnibus, quibus possunt, deffendant augeant et assistant eisdem. Si quis igitur presens vel succedens huic nostre donacioni contraire presumpserit vel eam in irritum reuocare attemptauerit, perpetuo anathemate feriatur et dei omnipotentis et sue genitricis et omnium sanctorum indignacionem procul dubio se nouerit incursum. In cuius rei euidentiam, certitudinem presencium et memoriam futurorum, sigillum nostrum presenti pagine est appensum. Datum Hyortholm anno domini millesimo cc<sup>o</sup>. lxx<sup>o</sup>. vi<sup>o</sup>. in vigilia beati Johannis baptiste.

Af Mnsr. Bartholin. i Univ.-Bibl. Tom. V.

## 2.

1304. 9 December. Præsten Hinze Bagges Testament.

In nomine patris et filij et spiritus sanctj amen. Ego Henzæ sacerdos, sanus mente licet eger corpore, de bonis michj a deo concessis in salutem anime mee condo testamentum meum in hunc modum. In primo lego dimidietatem porcionis mee sub hac forma: ecclesie beate virginis Hafnis decem marchas denariorum, in qua michj eligo se-

pulturam. Item eidem ecclesie tabernam vnam cum fundo sibi subiacente, in quo residet Arnoldus sartor sub hac conditione, quod tutores dicte ecclesie aniuersarium meum cum duabus marchis annuatim obseruabunt, quorum .xij. oras canonici, quj interfuerint vigilijs et misse, habere debeant, vicarij .ij. oras, et pauperes scolares .ij. oras. Item ad mensam canonicorum tres marchas. Item ecclesie beati Petri Hafnis .ij. marchas, sacerdotj dimidiam marcham, et dyacono .ij. oras. Item ecclesie beati Nicholai ibidem .ij. marchas, sacerdotj dimidiam marcham et dyacono .ij. oras. Item ecclesie beati Clementis .ij. marchas, sacerdotj dimidiam marcham, et dyacono .ij. oras. Item domino Ebbonj sacerdotj .ij. marchas. Item domino Johannj Odiliæ .ij. marchas et vnum par linearum vestium. Item ministro ecclesie beate virginis .ij. oras. Item ecclesie fratrum minorum Hafnis marcham. Item ad mensam ipsorum marcham. Item domuj sancti spiritus marcham. Item hospitalj .ij. marchas. Item domine Margarete relicte Grikæ vnum choclear argenteum et .iij. marchas denariorum. Item Cristine neptj mee vnam tabernam cum fundo, in quo residet Gotskalcus, et tunicam meam blaneam cum capucio et balteo meo cum suis appendentibus. Item Matheo genero meo capam meam et pellicium. Item vxori sue culcedram magnam cum alia minorj. Item Botildj Tannæ .ij. marchas. Item Cristine mō marcham. Item cuidam Botildj marcham. Item .iij. fratribus meis in Esrom .ix. marchas. Item dominis Petro et Johannj canonicis Hafnensibus sex marchas, quos constituo exequutores testamentj mej, vt ipsj quicquid residuum fuerit de media porcione mea preter ea, que jam nominatim expressa sunt, inter pauperes distribuant, vt coram summo iudice uoluerint respondere. Siquis autem hanc vltimam voluntatem meam infregerit, iram dej omnipotentis et sanctorum suorum omnium se nouerit incursum. In cuius rej testimonium sigillum dominj Ebbonis confessoris mej, quia sigillum personaliter non habeo, vna

cum sigillis dominorum Petri et Johannis canonicorum Hafnensium apposuj presentj testamento. Actum anno domini m<sup>o</sup>. ccc<sup>o</sup>. quarto, feria quarta proxima ante Lucie.

Paategnet: Testamentum Hinze Baggy.

Orig. paa Perg. med tre Segl, de to første beskadigede; det sidste forestiller Johannes Evangelistes Martyrium med Omskrift: ✝ IOHNS IN HOLI(R)O . . FERVENTI OLEO. Geh.-Ark.

### 3.

1315. 6 Marts. Biskop Oluf af Roskilde overdrager Jakob, Dekanus i Kjøbenhavn, og Kapitlet smsts til evig Ejendom alt det rørlige og urørlige Gods i Ølsted (Strø H.), som han forud havde givet til deres Bord.

Omnibus presens scriptum cernentibus Olauus miseratione diuina episcopus Roskildensis salutem in domino sempiternam. Noueritis, quod nos exhibitoribus presencium viris venerabilibus et discretis dominis Jacobo decano nostro Hafnensi totique capitulo ibidem bona omnia et singula mobilia et immobilia Ølstathæ sita, dicto capitulo ad mensam prius per nos data, cum iuribus fructibus et pertinentiis suis vniuersis per presentes assignamus cum pleno iure et dominio perpetuo possidenda, et pro vsibus suis libere ordinanda, mandantes familie in dictis bonis residenti, vt ipsis tamquam veris possessoribus seu ipsorum procuratorj et nulli alij decetero respondeant de eisdem. In cuius rej testimonium sigillum nostrum presentibus duximus apponendum. Datum in castro nostro Hafnensi, anno dominj m<sup>o</sup>. ccc<sup>o</sup>. quintodecimo, quinta feria ante dominicam passionis domini.

Paategnet: Super bonis in Ølstæthæ.

Orig. paa Perg., Seglet et tabt. Geh.-Ark.

### 4.

1335. 4 April. Niels Buddinge lover at ville godtgjøre Hans Bug, hvad han maatte bygge paa det ham pantsatte Gods i Buddinge (Glad-saxe Sogn).

Omnibus presens scriptum cernentibus Nicholauus



dictus Buthinghæ<sup>1</sup> salutem in domino sempiternam. Noueritis, quod compromitto me ad satisfaciendum et indempenem reddendum exhibitori presencium Johannem Bwg<sup>2</sup> pro edificiis, si aliqua in bonis meis in Buthinghæ, sibi per literas meas patentes inpignoratis, instruxerit, antequam per me redimantur, iuxta arbitrium bonorum per nos nominatorum tempore mee redemptionis. In cuius rei testimonium sigillum meum presentibus est appensum. Datum anno domini m<sup>o</sup>. ccc<sup>o</sup>. xxx. quinto, die beati Ambrosii episcopi et confessoris.

Orig. paa Perg. i Konsistoriets Arkiv. Seglet mangler.

## 5.

1338. 5 November. Kirstine, Henneke Moltekes Enke, pantsætter en Gaard i Mørkhøj (Gladsaxe S.) til tvende Indbyggere i Kjøbenhavn.

Omnibus presens scriptum cernentibus Cristina, relicta Hennichini Molyckæ, salutem in domino sempiternam. Noueritis, quod exhibitoribus presencium domine Aleke, relicte Bertoldj Thythæbærgh, et genero suo Wlf, ciuibus Hafnensibus, vnam curiam meam in Myrkø sitam, in qua residet quidam Petrus Niclesson, cum agris, pratis et omnibus suis attinenciis pro quinque marchis purj ponderis Coloniensis, in quibus predictus maritus meus dilectus sibj tenebatur obligatus, de voluntate et consensu dominj Petrj Grybbæ de Storthæ<sup>3</sup>, patris mej, inpignerò per presentes; talj ratione, vt sicut cum fructu et reddito prefata curia ipsis Aleke et Wlf assignatur, sic et enim cum reddito tempore resolucionis resignatur in parata pecunia, sine

<sup>1</sup> Denne Mand var af Adel, og synes at have hørt til den Slægt, der i Adelslexikon opføres under Slægtnavnet Fikkesson.

<sup>2</sup> Af Adel; af Slægten Bug eller Biug er mest bekjendt Bent Biug, der var dansk Rigsraad i Dronning Margretes Tid.

<sup>3</sup> Jfr. Suhms Hist. XII, 20. 22. Storthæ er maaske det nuværende Sterrede i Venslev S., Flakkebjerg H.

estimacione in proximo festo beatj Martini redimendam, ita quod dicte Alekæ et Wlf fructus et redditus leuant omni anno de predicta curia, in sortem principalis debijt minime computandos, donec eis vel eorum veris heredibus infra dictum festum beatj Martinj, quocunque anno redempta fuerit, dicta summa argentj integre fuerit persoluta. Insuper supradictos dominam Aleke et Wlf ab omnj inpedicione, cuiuscunque condicionis sit vel status, indempnes vtique conseruabo. In cuius rej testimonium sigillum meum vna cum sigillo predictj dominj Petrj Grybbe patris mej dilectj presentibus est appensum. Datum anno dominj millesimo ccc<sup>o</sup>. xxx<sup>o</sup>. octauo, proxima quinta feria ante festum beatj Martinj episcopj et confessoris.

Orig. paa Perg., med Levninger af Seglene. Konsist. Ark.

## 6.

1340. 26 Januar. Hertuginde Ingeborg skjænker Kjøbenhavns Kaptel Asminderød Kirke til et Skolepræbende.

Omnibus presens scriptum cernentibus Ingiburgis dei gracia ducissa Swecie, Hallandie et Samsø, salutem in domino sempiternam. Vt cultus diuini nominis ampliatur et clerus eidem seruiens merito et munere augeatur, constet vniuersis presentibus et futuris, quod nos nomine nostro et liberorum nostrorum presentibus presentamus ad manus dilectorum nobis in domino decani et capituli ecclesie Hafnensis ecclesiam Asmunderuth pro scolastia dicte ecclesie Hafnensis, ad laudem virginis gloriose, ipsam ecclesiam perpetue annectentes, ac renunciantes juri nostro et heredum seu liberorum nostrorum in dicta ecclesia, quod nobis et ipsis tytulo regio, vel consuetudine, vel quouis alio modo, actenus in ipso competeat. Prouiso quod annuatim per scolasticum ecclesie Hafnensis, qui est et pro tempore fuerit, pro anima dilecti domini et mariti nostri karissimi domini Kanuti, quondam ducis Hallandie et Samsø pie memorie, fiet anniuersarium in profesto sancte Petronille virginis in choro, canonicis presen-

tibus, cum vigiliis nouem lectionum et missa animarum sollempniter et deuote. Item quod omni die sabbati in missa, que dicitur prime, specialia fiant suffragia pro anima eiusdem domini nostri ducis et animabus progenitorum suorum et pro nostra ac liberorum nostrorum valitudine et salute. Item quod in capella beate virginis ibidem ter celebretur in ebdomada missa hoc modo, scilicet prima de domina nostra, secunda de omnibus sanctis, cum collecta pro anima dicti domini nostri ducis in ambabus, et tertia pro defunctis. Item quod fiat specialis collecta pro nobis, viuentibus nobis, in summa missa ad summum altare chori singulis diebus, exceptis summis et duplicibus festis, et post mortem nostram fiat collecta specialis pro anima nostra post collectam domini ducis assequenter. In cuius rei testimonium et memoriam firmiorem presentes literas sigillo nostro duximus roborandas. Actum et datum anno domini m<sup>o</sup>. c<sup>o</sup>c<sup>o</sup>c<sup>o</sup>. quadragesimo, in crastino conuersionis sancti Pauli.

Paategnet: Litera super annexione ecclesie Asmunderød ad scolestriam Haffnensem.

Orig. paa Perg., Seglet i grønt Vox med Indskrift: ✠ s' INGEBVRGIS DEI GRACIA DVCISSE SWECIE HALLANDIE ET SAMSØ. Arne Magn. danske Dipl.

## 7.

1342. 9 Avgust. Niels Buddinge pantsætter til Hans Bug tvende Gaarde i Buddinge for Kappe, Hest og Vaaben.

Omnibus presens scriptum cernentibus Nicholaus dictus Butynge salutem in domino sempiternam. Noueritis, me viro discreto et honesto, exhibitori presencium, Johanni dicto Bwg in vndecim marcis puri argenti cum dimidia teneri et esse veraciter obligatum, videlicet pro panno equo et armis. Pro qua quidem pecunie summa duas curias meas in Buthinge, vnam silicet, in qua residet quidam Andreas Thoreson, et aliam desolatam ad meridiem sitam, cum omnibus suis attinenciis, silicet agris, pratis, siluis et pascuis, sibi pro quinque marcis puri argenti racione cuius-

dam equi prius impigneratas, impignero per presentes, eadem condicione, quod terminus vere solucionis semper esse debeat in festo beati Martini, et dictus Johannes Buug omnes fructus et proventus de dictis bonis prouenientes integraliter leuare teneatur, donec dicta bona per me redimantur, in sortem principalis debiti minime computandos. In cuius rei testimonium sigillum meum vna cum sigillo Johannis Skawe per dictum Nikolaum ad hoc rogati presentibus est appensum. Datum anno domini m<sup>o</sup>. ccc<sup>o</sup>. xl<sup>o</sup>. secundo, vigilia beati Laurentii martiris.

Paategnet: Bwdinghæ oc Mørkøwæ.

Orig. paa Perg., Seglene ere tabte. Arne Magn. danske Dipl.

## 8.

1349. 2 Juli. Peder, Niels af Buddinges Søn, sælger Hr. Bo, Dekan i Kjøbenhavn, nogle Jorder i Buddinge.

Omnibus presens scriptum cernentibus Petrus, filius Nicholai quondam dicti de Buthynge<sup>1</sup>, salutem in domino. Nouerint vniuersi, me exhibitori presencium viro honorabili domino Boecio decano Hafnensi terras quasdam in Buthynge, in censu duodecim solidorum, cum fundo principali ac

---

<sup>1</sup> Se foran Nr. 4 og 7. Sønnen Peder Nielsen forekommer uidentvivil i et Dokument af 14 Juni 1347, hvis Indhold er: Petrus Niklesson gjør vitterligt, at han overdrager Olaus Ebbesen at indløse sine Ejendomme i Gefnetofte (Gjentoft), som Pet. Niklesson havde pantsat for syv Mark, og nu pantsætter til Ol. Ebbesen for ti Mark paa tre Aar. Brevet er beseglet af „nobiles viri“ Petrus Godesson, Petrus Niklesson de Bakswerthe, og Nicholaus Trapel. Men det kan være tvivlsomt, hvilken af de to Mænd af Navnet Petrus Niklesson han er. — Et andet Dokument af 1 Maj 1349 staar vist i Forbindelse hermed, ved dette tilskjøder Nicholaus Sartor, Bymand i Slangerup, Olaus Ebbesøn, Foged paa Kjøbenhavns Slot, noget Gods i Gefnetofte. Brevet er beseglet af Hr. Boecius, Dekan i Kjøbenhavn, og af Johannes Bwgh og Nicholaus Traapiil (Lang. Dipl.). Endelig har man et Brev af 14 Febr. 1356, hvorved Olaus Ebbesen, „famulus“, sælger sine Eiendomme i Gyefnetofte, som han havde købt af Petrus Nicholson, til Kong Valdemar og Danmarks Riges Krone (smsts).

earum pertinenciis mobilibus et immobilibus quibuscunque vendidisse et in placito Stocchælundæ scotasse et ad manus coram tunc placitantibus personaliter assignasse, recognoscens me precium pro dictis terris integraliter habuisse et leuasse ad mee placitum voluntatis, vnde me per presentes obligo dictum dominum decanum ad saluandum ab impetitione quorumcunque. In cuius rei testimonium sigillum meum vna cum sigillo Nicholai Jønæs son dicti Trappæl presentibus est appensum. Anno domini m<sup>o</sup>. ccc<sup>o</sup>. xl<sup>o</sup>. nono, die beatorum Processi et Martiniani.

Paategnet: Super bonis in Buthinge.

Orig. paa Perg., med Levning af det første Segl, medens det andet mangler. Geh.-Ark.

## 9.

1349. 28 September. Peder Nielsen, Niels af Buddinges Søn, pantsætter sit Gods i Buddinge til Jakob Tythebjerg, Borger i Kjøbenhavn.

Vniuersis presentes literas visuris et auditoris Petrus Niclesson, filius quondam Nicholai de Buthinge, salutem in domino sempiternam. Notum facio vniuersis, quod exhibitori presencium Jacobo Thythebergh, villano Hafnensi, et suis heredibus per me vel heredes meos omnia bona mea in Buthinge sita, videlicet vnam curiam cum tribus quartariis terrarum et aliam curiam cum dimidio bool terrarum, cum omnibus eorum attinenciis, agris, pratis, siluis, pascuis ac aliis quibuscunque, que ad dicta bona ab antiquo inter quatuor limites camporum adhesisse dinoscuntur, ad me jure hereditario post fratrem meum Nicholaum Buthinge et sororem meam Helenam, bone memorie, diuoluta, pro viginti marcis puri argenti ponderis Coloniensis, quas in prompta pecunia et bonis valoribus juxta libitum mee voluntatis leuaueram, libera mea voluntate inpignero per presentes, in die beati Martini episcopi nunc proximo subsequente in prompta pecunia et nullis aliis valoribus integraliter redimenda. Si vero tunc temporis non redimero, extunc idem Jacobus vel heredes sui redditus et

prouentus de dictis bonis libere percipere teneatur, in sortem principalis debiti minime computandos, donec per me vel heredes meos legitime redimantur. Ipsumque Jacobum vel heredes suos pro omnibus edificiis ac melioracionibus, quas in eisdem bonis instruxerit, iuxta quantitatem suorum sumptorum, tam maiorum quam minorum, promitto cum meis heredibus indemnem conseruare. Si vero edificia, quod absit, incendio contingat deperire, ac alia rursus edificauerit, tam pro combustis edificiis quam pro de nouo erectis satisfacere me obligo eidem Jacobo vel suis per presentes. Hoc adiecto, quod quando dicta bona ab me vel meis heredibus redempta fuerint, et eidem Jacobo vel suis heredibus pro suis sumptibus in ipsis bonis factis totaliter solutum et satisfactum fuerit, extunc ipse vel sui eadem bona cum omnibus eorum attinenciis per spacium vnus anni integraliter libere teneat vel habeat pro suis vsibus, absque omni contradiccione mei vel meorum heredum ordinanda. Ceterum hoc volo et promitto, quod si necessitas me cogerit ad dicta bona alienandum vel maiorem pecuniam de cetero super ipsa recipiendum, ipse Jacobus vel sui heredes proximi esse debeant ad emendum vel pecuniam accommodandum super bona memorata. Si vero idem Jacobus aliquem defectum ex premissis vel ex aliquo articulo premissorum patiat, me et meos heredes obligo, ipsum indemnem conseruare. In cuius rei testimonium sigillum meum vna cum sigillis virorum discretorum domini Absalonis canonici Hafnensis et Gerikini Fridirici presentibus est appensum. Datum Hafnis anno domini m<sup>o</sup>. ccc<sup>o</sup>. xl<sup>o</sup>. nono, in profesto beati Michaelis archangeli.

Orig. paa Perg. med de tre Segl. I det første staar et Vaaben (i venstre Felt: en Figur, der ligner et Hjortegevir, i højre: tre lige Tværbjelker) med Omskrift: † S' PE: TRI: NICO: LXI. I det andet Jomfru Maria med Barnet, Omskrift: † S' ABSOLONIS SACERDOTIS. I det tredie Ejerens Navn og Bomærke. Konsist. Arkiv.

## 10.

1349. 2 November. Peder Nielsen, Niels af Buddinges Søn, sælger sit Gods i Buddinge til Jakob Tythebjerg.

Omnibus presens scriptum cernentibus Petrus Nicleson, filius quondam Nicholai de Buthinge, salutem in domino sempiternam. Nouerint vniuersi, tam posteri quam presentes, me omnia bona mea in Buthinge sita, mobilia et immobilia, ad me jure hereditario post mortem fratris mei Nicholai de Buthinge et sororem meam Helenam diuoluta, que Jacobus Thythebergh pro xx<sup>ti</sup> marcis puri argenti per apertas literas meas in pignere habet, pro quibus bonis competens et sufficiens precium iuxta voluntatem meam ab ipso Jacobo leuaueram, vendidisse eidem Jacobo et suis heredibus per me vel heredes meos perpetuo possidenda, obligans me vel meos heredes, cum ipse Jacobus vel sui requisierint, in placito debito scotare sibi viua voce. In cuius rei testimonium sigillum meum vna cum sigillo domini Willelmi de Capella, canonici Hafnensis, presentibus est appensum. Datum Hafnis anno domini m<sup>o</sup>. ccc<sup>o</sup>. xl<sup>o</sup> ix<sup>o</sup>. in crastino omnium sanctorum.

Orig. paa Perg., af Seglene findes nu kun det første. Konsist. Ark.

## 11.

1350. 27 Juni. Kongeligt Rettertingsvidne om, at Hr. Johannes Jakobsen, Kannik i Aarhus, skjænkede en Gaard til Vor Frue Kirkes Bygning i Kjøbenhavn.

Waldemarum dei gratia Danorum Sclauorumque rex, omnibus presens scriptum cernentibus salutem et gratiam. Nouerint vniuersi, quod sub anno domini millesimo trecentesimo quinquagesimo, dominica proxima post diem natiuitatis beati Johannis baptiste, constitutus in placito nostro iustitiario dominus Johannes Jacobson canonicus Arusiensis, viro discreto et honesto domino Johanni Krak canonico Roskildensi, ex parte fabrice ecclesie virginis gloriose Marie Hafnis, fundum suum, quem edificauerat

quidam Germundus villanus ibidem suis edificiis, et conduxerat pro quatuor solidis grossorum Turonensium ab ipso domino Johanne, quolibet anno in festo natiuitatis beate virginis sub pena remotionis ipsarum domorum persolendis, scotauit et legauit. Hoc diligenter prouiso et adiecto, quod ipse dominus Johannes Jacobsøn censu predicto ipsius fundi ad dies suos libere vti debeat et gaudere. Post eius autem obitum tutores eiusdem ecclesie beate virginis, quicumque fuerint, pro anniuersario, quolibet anno, die quo ipse Johannes decesserit, in remedium anime sue, patris sui Jacobi Ingwarson et matris sue Margarete, in choro eiusdem ecclesie in perpetuum celebrando, canonicis, qui huic in vigiliis et missa interfuerint, dimidietatem dicti census, inter ipsos distribuendam, vt ibidem moris est, erogabunt annuatim, reliquam autem dimidietatem ordinent pro vsibus ecclesie eiusdem, prout coram deo voluerint respondere. Si vero domus in eo jam constructas ipse Germundus remouere voluerit, vel alias destruentur, et censum predictum dare noluerit, ipsi domini canonici et tutores, qui nunc sunt vel pro tempore fuerint, ecclesie memorate, equam inter se de dicto fundo, vt predicta obseruentur, nichilominus habeant facultatem. Hoc insuper adiecto, quod quam diu durauerint domus et ipse Germundus censum predictum dare voluerit, ne remoueatur, sit tenore presentium premunitus. Datum Roskildis, nostro sub sigillo, anno et die supradictis, teste Nicholao Jensson Kældebek iusticiario nostro.

Paategnet: Litera domini Johannis Jacobi canonici Aruensis super fundo in quo Johannes Ebbeson.

Langebeks Afskr. i Diplom., »Orig. membr. laant af Biskop Harboe.«

## 12.

1352. 5 September. Biskop Henrik af Roskilde stadfæster Gotfred von Unnas og hans Hustru Katrines Dotering af det af dem stiftede Alter i Vor Frue Kirke.

Vniuersis presentes literas [visuris et audituris] Henricus dei gracia episcopus Roskildensis salutem in domino sempiter-



nam. Notum facimus presentibus et fut[uris, quod comparuerunt] coram nobis propter hoc specialiter domina Katerina vxor quondam Gotfridi de Vnna, Gerardus [filius eorum et] Jacobus Thythebergh et Hennechinus Stenwek heredes eorumdem, scotauerunt ad altare [sanctorum apostolorum in ecclesia] beate virginis Hafnis de nouo constructum vnam curiam in parochia beati Nicholai Hafnis . . . . . quondam Laurencii Orm, in qua residet vnus pistor, et vnam curiam in parochia beate virg[inis Hafnis, in qua] nunc habitant sutores ac alii operarii, ac vnam curiam paruam in parochia beati Petri [Hafnis, in qua Martinus Nybagere quondam habitauit, in censu xiiii solidorum] grossorum cum dimidio, sub condicione infrascripta, videlicet quod rector altaris predicti, quicumque pro tempore fuerit, diem anniuersarium Gotfridi predicti feria secunda proxima post festum natiuitatis beate virginis anni cuiuslibet de vno solido grossorum [faciet] et diem anniuersarium domine Katerine predictae, cum eam rebus eximi contingat humanis, de vno solido grossorum annuatim similiter facere teneatur. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum Hafnis anno domini m<sup>o</sup>. ccc<sup>o</sup>. quinquagesimo secundo, quinta die mensis Septembris.

Paategnet: Littera anniuersarii Godefridi et vxoris eius Katerine super bonis ad altare . . . . .

Orig. paa Perg., stærkt beskadiget. Geh.-Ark. Sammesteds findes en temmelig gammel Oversættelse, der ogsaa er stærkt beskadiget, men dog hjælper til at udfylde Hullerne i Originalen.

### 13.

1357. 8 Januar. Absalon, Kannik i Kbhvn, giver en Grund med Stenhus til Vor Frue Kirkes Bygning, dog forbeholder han sig og sin Medkannik Klemens Indtægten i deres Livstid.

Omnibus presens scriptum cernentibus Absalon canonicus ecclesie Hafnensis salutem in domino sempiternam. Noueritis, quod fundum vnum cum domo lapidea in eodem constructo (l), situm in parte borientali a tabernis carnificum,

fabrice ecclesie beate virginis Hafnis sanus et incolumis confero, trado, et ad manus assigno iure perpetuo possidendum, condicione tali prehabita, quod tutores dicte fabrice, qui pro tempore fuerint, mihi et non alii singulis annis diebus uite mee omnes fructus et redditus de fundo et domo supradictis prouenientes tradere vtique debeant et assignare. Post mortem uero meam omnes fructus et redditus supradictos tutores antedicti cuidam domino Clementi meo concanonico singulis annis, quamdiu vixerit, amministrare teneantur. Hoc insuper prouiso, quod dictus fundus cum domo lapidea et omnibus eorum pertinentiis et redditibus integre ac sine diminucione statim post obitum ipsius domini Clementis perpetuo cedant fabrice memorate. In cuius rei testimonium et cautelam euidentem sigillum meum vna cum sigillis discretorum virorum Hinrici Møme<sup>1</sup>, Tidekini Lyttekenborgh et Hinrici Raklinghuse, consulum Hafnensis ciuitatis eiusdem, presentibus est appensum. Datum anno domini m<sup>o</sup>. ccc<sup>o</sup>. quinquagesimo septimo, dominica proxima post epyphaniam domini.

Paategnet: Litera super domo lapidea in Thydeskemanne gade, quam habet Johannes Bosson.

Langebeks Afskrift i Diplomatariet. (»Orig. membran. mutilum af Vor Frue Kirkes Arkiv 1763«).

#### 14.

1357. 12 Juli. Biskop Henrik af Roskilde gjør vitterligt, at Johannes Kraac, Dekan i Kjøbenhavn, skjænker Kapitlet i Roskilde nogle Ejendomme for sin Aartid.

Omnibus presens scriptum cernentibus Henricus dei gracia episcopus Roskildensis salutem in domino. Noueritis, quod sub anno domini m<sup>o</sup>. ccc<sup>o</sup>. quinquagesimo septimo,

---

<sup>1</sup> I en tidligere, forøvrigt mindre god, Afskrift af dette Brev (ogsaa af Langebek) læses dette Navn Molnæ, hvilket maaske er rigtigere, da der i et Dokument af 1350 forekommer en Hinze (c: Henrik) Mollæ som Borger i Kbhvn.

feria quarta proxima post diem beati Kanuti regis et martiris, presentibus domino Petro clerico nostro et Gerardo perpetuo vicario ecclesie nostre Roskildensis, Johanne Paant et Paulo Bylle laicis, ac aliis pluribus fidedignis clericis et laicis, coram nobis Roskildis in domo habitationis nostre ad hoc specialiter constitutus vir venerabilis dominus Johannes Kraac, decanus Hafnensis, domino Nicholao Tuchonis, canonico nostro Roskildensi, ex parte capituli bona sua patrimonialia videlicet terras cum edificiis et singulis suis pertinenciis, in platea fori ad orientem a domo lapidea, in qua nunc habitat Wernerus dictus Punderere, sita, legauit et scotauit, prout eciam nobis asseruit in testamento suo plenius contineri. Ita videlicet quod, quoaduixerit idem dominus Johannes Kraac, redditus ipsorum honorum leuabit, et post mortem suam de ipsis redditibus fiat anniuersarium suum annuatim. Due partes reddituum cedant canonicis, qui vigiliis et missis animarum interfuerint, tertia autem pars vicariis perpetuis et non perpetuis existentibus in vigiliis debeat. Datum sub sigillo nostro vna cum sigillo domini Johannis Kraac supradicti, anno die et loco supradictis.

Paategnet: Scotacio curie facta ecclesie per dominum Johannem Kraac decanum Hafnensem ad anniuersarium suum.

Orig. paa Perg. med Levning af det første Segl. Arne Magn. danske Diplomer.

## 15.

1357. 9 Oktober. Johannes Kraac, Dekan i Kjøbenhavn, og Katrine, Enke efter Godikinus von Unna, tilstaa, at de have laant 20 Mark Sølv, som af Gerhard von Unna vare givne til Apostlenes Alter i Vor Frue Kirke, hvorfor de sætte en Gaard i Roskilde i Pant.

Omnibus presens scriptum cernentibus Johannes Kraac, decanus Hafnensis, et Katerina, relicta cuiusdam Godekini de Vnna, ciuis Hafnensis, salutem in domino sempiternam. Nouerint vniuersi presentes et futuri, nos de consilio et

voluntate cuiusdam Luthberti<sup>1</sup>, perpetui vicarii ecclesie beate virginis Hafnis Roskildensis dyocesis, viginti marchas puri argenti ponderis Coloniensis, collatas per quendam Gerardum dictum de Vnna morantem Colonie pro anniuersario suo post dies suos in ipsa ecclesia Hafnensi, annue de duobus solidis grossorum faciendo, ad altare dicti Luthberti, fundatum per quendam Godichinum dictum de Vnna, condam ciuem Hafnensem bone memorie, pro vsibus nostris integraliter subleuasse. Pro quibus viginti marchis argenti ipsius altaris possessori, qui nunc est, vel qui pro tempore fuerit, curiam nostram Roskildis in parochia sancti Michaelis in australi latere fori sitam, nobis iure hereditario de matrimonio<sup>2</sup> contingentem, quam nunc inhabitat quidam Wernerus Pundere, cum domo lapidea, edificiis singulis et pertinentiis vniuersis, impigneramus veraciter per presentes, tali condicione, quod quodocunque nos vel post dies nostros heredes nostri dictam curiam pro tanta pecunia redimere voluerimus vel voluerint, nulla nobis vel eis per aliquem, cuiuscunque status aut condicionis, in hoc occurrat contradictio vel difficultas, nec licitum sit alicui qualiscunque gradus ipsam curiam ab ipsius altaris vel possessoris sui possessione alienare quoquo modo sine nostra et heredum nostrorum requisicione et licencia speciali. Cum autem ipsam curiam per nos aut per heredes nostros redimi contigerit, pecunia, pro qua redimitur, ad nullos alios vsus, nisi ad emenda bona predicto altari perpetuanda eciam secundum consilium et consensum nostrum et heredum nostrorum aliquallyter deputetur. In cuius rei testimonium sigilla nostra vna cum sigillis discretorum virorum videlicet Godikini et Gerardi dictorum de Vnna, fratrum germanorum, presentibus sunt appensa. Datum anno domini

---

<sup>1</sup> I en anden Afskrift (af Lucoppidan) staar her og i det følgende: Luchberti.

<sup>2</sup> Sic! Skal udentvvl være: patrimonio.

millesimo triscentesimo quinquagesimo septimo, die beati Dyonisii martiris.

Paategnet: Super curia, spectante ad altare apostolorum, Roskildis in parochia beati Michaelis sita.

Langebeks Afskrift i Diplomatariet. »Orig. membr. laant af Hr. Provst Bützw 1757».

## 16.

1374. 18 Februar. Køpekinus Græwesmøll og Hannes v. d. Kulen, Borgere i Kbhvn, bestemme, at den Grund, der var dem tilfalden ved Arv efter Henrik Knop, og hvis Indtægt denne havde bestemt til Anskaffelse af Fakler til at bære foran Herrens Legeme, nu skulle tilhøre S. Peders Alter i Vor Frue Kirke.

Omnibus presens scriptum cernentibus Køpekinus dictus Græwesmøll et Hannes wan der Kwlen, villani Hafnenses, salutem in domino sempiternam. Notum facimus vniuersis presentibus et futuris, quod nos voluntate vnanimj et animo deliberato quendam fundum nostrum ad nos post mortem Henrici Knop, condam villani ibidem, cum vxoribus nostris iure hereditario deuolutum, ex opposito tabernarum sutorum Dacorum ibidem, ex parte occidentali platee situm, habentem ex parte australi in contiguo fundum seu curiam Johannis Thrugilli, ex parte vero aquilonari fundum seu curiam Hænichini Pætersson, quem quidem fundum dictus Henricus Knoop in vita sua zelo deuocionis ductus deputauit pro torticeis<sup>1</sup> faciendis et omni anno portandis ante gloriosum et saluificum corpus domini nostri Jhesu Cristi in festiuitate eiusdem corporis Cristi, sub tali modo, quod heredes sui, si processu temporis expedire viderent, in maius diuini cultus seruiciique diuini dignioris augmentum, de ipso fundo aliter ordinandi ex consilio capituli ibidem plenam haberent potestatem, cum omnibus et singulis edificiis pronunc in eodem fundo

<sup>1</sup> D. e. Fakler.

sitis ceterisque aliis suis pertinenciis et adiacenciis quibuscunque ad altare beati Petri apostoli in ecclesia beate virginis Hafnis ad ostium aquilonare chori eiusdem situm, ob reuerenciam et honorem omnipotentis dei et apostoli sui supradicti, et ob salutem et remedium animarum nostrarum dictique Henrici Knoop heredumque nostrorum, deputamus, damus et dimittimus et tenorepresencium dominis decano et capitulo Hafnensi cum omni jure nobis in dicto fundo, edificiis suis vel aliis pertinenciis eiusdem, modo quocunque competente seu competituro, pure et libere resignamus iure perpetuo possidendum, sub condicionibus infra-scriptis, videlicet quod dominus decanus Hafnensis, qui nunc est vel qui pro tempore fuerit, cum consilio capituli ibidem sacerdotem idoneum ad idem altare instituat et presentet, qui omni die vnam missam in memorato altari in remedium animarum nostrarum atque dicti Henrici Knoop heredumque nostrorum perpetuo celebrabit, ipsoque sacerdote, qui pronunc per ipsum decanum ex consilio capituli institutus fuerit, ex hoc mundo sublato, ius presentandi ad idem altare ad dictos dominos decanum et capitulum in perpetuum pertinebit, prouiso tamen, quod si aliquis clericus idoneus ex linea consanguinitatis nostre directe descendendo repertus fuerit, ipse et non alius ad ipsum altare instituat et presentetur. In quorum omnium euidentis testimonium sigilla nostra presentibus vna cum sigillis virorum discretorum, videlicet Nicolai Jønæsson, proconsulis Hafnensis, Andree Holebæk et Johannis de Lubæk, conuillanorum nostrorum ibidem, presentibus sunt appensa. Datum anno domini m<sup>o</sup>. cccclxx<sup>o</sup>. quarto, sabbato ante dominicam Inuocauit.

Paategnet: Litera altaris trium regum <sup>1</sup> super curia Knops.

Orig. paa Perg. med Spor af 5 Segl, hvoraf kun det sidste er bevaret. Geh.-Ark.

<sup>1</sup> Jfr. Ser. Rer. Dan. VIII, 543.

## 17.

1406. 5 April. Kjøbenhavns Bytingsvidne, at Katrine Vedekes gav en Grund i Klædeboderne til Vor Frue Kirkes Vedligeholdelse for sin og sine Forældres Aartid.

Omnibus presens scriptum cernentibus Olauus Twlessøn, aduocatus Hafnensis, Nicolaus Wider, Laurencius Wynneræ, consules, Johannes Inguari, Johannes Clementis, Jonas Wat et Sono Baghere, villani ibidem, salutem in domino. Constare volumus vniuersis presentibus et futuris, quod sub anno domini m<sup>o</sup>. cd<sup>o</sup>. sexto, feria secunda palmarum, in placito ville Hafnensis presentes fuimus et audiuius, quod honesta matrona Katerina Wedekes in eodem placito propter hoc specialiter constituta fundum suum, inter tabernas panicidarum apud Andream Laurencij ad occidentem situm, fabrice ecclesie beate virginis Hafnis pro anniuersario suo et parentum suorum donauit et scotauit iure perpetuo possidendum, venerabili viro domino Jacobo Clementis, eiusdem ecclesie decano, huiusmodi donacionem et scotacionem acceptante. In cuius rei testimonium sigilla nostra presentibus sunt appensa. Datum anno et die supradictis.

Paategnet: Litere Katerine Wædikes.

Orig. paa Perg., Seglene ere borte. Geh.-Ark.

## 18.

1415. 8 Juli. Kjøbenhavns Bytingsvidne, at Lavrens Vinnere, Raadmand i Kbhvn, skjænker sin Grund i Klædeboderne til Vor Frue Kirke smsts.

Omnibus presens scriptum cernentibus Petrus Nicolai, aduocatus ville Hafnensis, Bertoldus Qwatz, Johannes Wat, consules, Thorkillus Smyth, Johannes Attonis et Jacobus Braand, villani Hafnenses, salutem in domiuo. Constare cupimus presentibus et futuris, quod sub anno domini m<sup>o</sup>. cd<sup>o</sup>. xv<sup>o</sup>., proxima secunda feria ante festum sancti Kanuti regis et martiris, in placito ville Hafnensis coram nobis vir prouidus Laurencius Winnere, consul Hafnensis,

presentibus pluribus fidedignis, constitutus, fundum suum, contiguum fundo ecclesie inter tabernas pannicidarum ad austrum situm, ecclesie beate Marie virginis Hafnensis ob remedium anime sue et parentum suorum dedit, scotavit et ad possessionem ipsius ecclesie libere assignavit perpetuo possidendum, domino Arnolde Clementis, eiusdem ecclesie cantore, predictam scotacionem legaliter acceptante. Quod scimus, vidimus et audiuimus, presentibus protestamur. Datum anno, die et loco supradictis, nostris sub sigillis.

Paategnet: Nota. Littera scotationis Laurentii Wynnere super uno fundo inter pannicidas.

Langebeks Afskrift efter Orig. i Vor Frue Kirkes Arkiv 1750.

## 19.

1415. 9 Avgust. Niels Pedersen, kaldet Oldeniels, skjænker sit Gods i Ølsemagle til Kapitlet i Kjøbenhavn, med Bestemmelser om Anvendelsen af Indtægterne deraf.

Omnibus presens scriptum cernentibus Nicolaus Petri, alias dictus Oldæniels<sup>1</sup>, salutem in domino sempiternam. Cum peccatorum veniam et eternam vitam misericordie operibus et aliis virtutum exercitiis (!) in hac vita mortali promereri, sancto attestante ewangelio, a misericordie dei filio cuilibet sit promissum, tanto validius opitulantiis sacris desideriis effici poterit, quanto quis de bonis sibi a domino collatis ad relinquenda post se ecclesiis et sanctis locis perpetua memorialia magis promptum se reddiderit et deuotum. Hinc est, quod ego Nicolaus Petri predictus, feruore deuocionis accensus, ob remedium animarum, mee

<sup>1</sup> Denne Mand var af Adel, thi et Tingsvidne, udstedt 31 Maj 1418 paa Sallingherreds Ting, udsiger, »at for os var skicket en ærlig Mand og skjellig, denne nærværende Brevfører Nes Persøn, der Oldæ Neiels kaldes, og at han inden fire Stokke« paa Tinget fremlede 8 skjellige Mænd, som »endrægteligen vidnede, at Nes Persøn en ærlig Mand var og skjellig og fribaaren Mand baade paa Faders Side og Moders, og kan ingen Magt have med Rette at lægge hannem andet til end ærligt og skjelligt.« Langeb. Dipl.



scilicet et dilecte vxoris mee Cristine Ebbesdoter et progenitorum nostrorum, ad diuinj cultus augmentacionem omnia bona mea in Ølsie maghlæ in Ramsyøhæreth sita, videlicet vnam curiam de decem solidis terrarum, dantem iij pund annone, et duas alias curias de octo solidis terrarum, quarum quelibet dat j pund annone, et vnam curiam desolatam de duobus solidis terrarum, que solet dare vnum pund racione annue pensionis, cum omnibus suis pertinentiis, nullis demptis, venerabili capitulo Hafnensi confero, do, scoto et assigno, vero dominio et jure perpetuo possidenda sub modis et condicionibus infrascriptis. Primo videlicet, quod idem capitulum fabrice ecclesie beate virginis Hafnis duo pund annone, et conuentuj infirmorum apud sanctum Georgium penes Hafn. j pund annone de eisdem bonis annuatim exsoluere teneatur. Reliqua vero iij pund annone cum omnibus aliis obuencionibus et emolimentis singulorum bonorum supradictorum libere cedant capitulo supradicto. Ita tamen, quod antedictum capitulum anniuersarium meum et vxoris mee cum vigiliis et missis in choro Hafnensi post obitum nostrum vtrorumque, de duobus solidis grot inter canonicos, qui huiusmodi anniuersario interfuerint, distribuendis, annuatim faciat celebrari. Ne igitur defectum ex mea deuocione maiorem quam expedit paciar, domini canonici eiusdem capituli, per debite recompensacionis vicissitudinem me respicere cupientes, mihi et vxorj mee predicte quinque marchas argenti in duobus terminis anni, videlicet iij marchas argenti infra festum exaltacionis sancte crucis et reliquas duas infra dominicam palmarum, pro sustentacione nostra, quam diu aliquis nostrum vixerit, annuatim soluere promiserunt. Et ad hoc faciendum se et successores suos beniuole et vnanimiter obligabant. In cuius rei testimonium sigillum meum vna cum sigillo venerabilis in Cristo patris ac domini, domini Petri, episcopi Roskildensis, necnon sigillo ciuitatis Hafnensis presentibus est appensum. Datum anno domini m<sup>o</sup>. cd<sup>o</sup>. xv<sup>o</sup>., vigilia beati Laurentii martiris gloriosi.

Paategnet: **Litere Oldenielsses super bonis in Ølsye.**

Orig. paa Perg.; af Seglene er Stadens Segl endnu bevaret. Konsistoriets Arkiv.

## 20.

1415. 19 August. Københavns Bytingsvidne, at Niels Pedersen, kaldet Oldeniels, skjænkede sit Gods i Ølseagle til Kapitlet i Kbhvn.

Omnibus presens scriptum cernentibus Petrus Nicolaj, aduocatus ville Hafnensis, Henricus van Berghen, proconsul, Nicolaus Wider, Jonas Wat, Bertholdus Qwatz, consules, Petrus Krafse et Johannes Kraag, villani Hafnenses, salutem in domino. Constare volumus presentibus et futuris, quod sub anno domini m<sup>o</sup>. cd<sup>o</sup>. xv<sup>o</sup>., proxima secunda feria ante festum beati Bartholomej apostolj, in placito ville Hafnensis coram nobis vir prouidus Nicolaus Petri dictus Ooldenyels, presentibus pluribus fidedignis constitutus, omnia bona sua in Ølsyæmaglæ in Ramsyohæreth sita, videlicet xx<sup>ti</sup> solidos terrarum, de quibus solent dari sex pund annone ratione annue pensionis, sub modis et conditionibus, prout in literis super hoc confectis plenius continetur, ob remedium animarum, sue scilicet et dilecte vxoris sue Cristine Ebbesdater, ipsa Cristina Ebbesdater presente et consenciente, venerabilj capitulo Hafnensi contulit, dedit, scotauit et ad possessionem eiusdem capituli libere assignauit, perpetuo possidenda, domino Arnolde Clementis, cantore Hafnensi, predictam scotacionem legaliter acceptante. Quod scimus, vidimus et audi(ui)mus, presentibus protestamur. Datum anno, die et loco supradictis, nostris sub sigillis etc.

Orig. paa Perg.; af Seglene findes endnu de fire. Konsistoriets Ark.

## 21.

1417. 21 Januar. Jens Klemensen, Dekan, og Kapitlet i København tilstaar, at Raadmand Lavrens Vinnere har givet Vor Frue Kirke en Gaard i Klædeboderne for sin Aartid.

Omnibus presens scriptum cernentibus Johannes Cle-

mentis, decanus Hafnensis, totumque capitulum ibidem, salutem in domino. Constare volumus presentibus et futuris, prouidum virum Laurencium Winnere, consulem Hafnensem, quendam fundum, inter pannicidas situm, pro remedio anime sue parentumque suorum ecclesie beate Marie virginis Hafnensis contulisse, scotasse et ad p[ossessionem predi]cte ecclesie libere assignasse perpetuo possidendum, tali condicione, quod dicte ecclesie . . . . . curatores, qui pro tempore fuerint, anniuersarium suum, de duobus solidis grossorum inter canonicos, qui dicto anniuersario interfuerint, distribuendis, annuatim facient celebrari perpetuis temporibus obseruandum. In cuius rei testimonium sigillum nostri capituli presentibus est appensum. Datum anno domini m<sup>o</sup>. cd<sup>o</sup>. xvij<sup>o</sup>., ipso die beate Agnetis virginis gloriose.

Paategnet: Litera super anniuersario Laurencii Winneris.  
Senere tilføiet: vdi kledhe bodherne.

Orig. paa Perg., næsten opløst af Ælde. Seglet er borte. Geh -Ark.

## 22.

1417. 24 Marts. Peder Truelsen af Husum, Væbner og Hovedsmand paa Gurre, oplader til Kapitlet i Kjøbenhavn sit Pantegods i Buddinge og Mørkhøj i Gladsaxe Sogn.

Omnibus presens scriptum cernentibus Petrus Trugilli de Husumæ, armiger et capitaneus castris Gurwæ, salutem in domino. Notum facio vniuersis, me honorabilibus viris et discretis dominis, videlicet decano totique capitulo ecclesie beate Marie virginis Hafnis, omnia et singula bona in Buthinggæ et Myrkøvæ in parochia Glathsaxæ Syalendie, cum omnibus suis pertinenciis, per discretum virum, videlicet Laurencium Winnæræ consulem Hafnensem, mihi inpignerata, prout in literis eiusdem Laurencii Winnæræ super hoc confectis plenius patet, cum omni iure meo, necnon cum omni iure per vxorem meam, videlicet Benedictam vel Bæiænthæ, inpigneracionis titulo in eisdem bonis michi aduoluto, ex certa sciencia mea ac bona voluntate

libere per presentes resignasse. Recognoscens me, a dictis honorabilibus dominis, videlicet decano et capitulo, plenam pecunie summam, secundum tenores literarum predicti Laurencii Winnæræ super huiusmodi bonorum inpigneratione confectarum, integre subleuasse. In cuius rei evidens testimonium sigillum meum presentibus est appensum. Datum anno domini m<sup>o</sup>. cd<sup>o</sup>. xvij<sup>o</sup>., profesto annunciacionis dominice.

Orig. paa Perg. med Seglet. Konsist. Arkiv.

### 23.

1417. 26 April. Johannes Hemingsen, Præst ved Kirkerne paa Amager, skjænker til Skolemestrene i Kjøbenhavn (?) en Grund i Klosterstræde.

[Omnibus presens scriptum cernentibus] Johannes Heminggi, presbiter ecclesiarum in Amaghe<sup>1</sup> et perp[etuis] vicarius in ecclesia beate virginis Hafnensis, salutem in domino. Constare volo vniuersis [tam presentibus quam futuris, me deliberato] animo et mature mentis consilio latoribus presencium Olauo Johannis . . . . . Heminggo Johannis, scolaribus, quendam fundum meum michi iuste empconis tytulo aduolutum . . . . . in vico Klossterstræde proximo circa fundum ecclesie beate virginis, quem pronunc quidam Johannes Fok inhabitat, borialiter situm, quem quidem fundum inhabitat quidam Hermanus Johansson, iure perpetuo possidendum dedisse, scotasse et ad manus eorundem libere assignasse. In cuius rei maius testimonium sigillum meum vna cum sigillis honorabilium dominorum Johannis Clementis, decani, et Johannis Conradi, canonici Hafnensis, presentibus est appensum. Datum Hafnis anno domini m<sup>o</sup>. cd<sup>o</sup>. xvij<sup>o</sup>., feria secunda proxima post festum sancti Marci euangeliste.

Stærkt beskadiget Orig. i Geh.-Ark. Seglene ere borte.

<sup>1</sup> D. 26 Marts 1428 skjænker Joh. Hemmingi de Amage, perp. Vicar. i Vor Frue Kirke i Khvvn, en Gaard til Kapitlet for sin Aartid og en ugentlig Messe. (L. Dipl.).

## 24.

1418. 22 Juni. Sjællands Landstingsvidne, at Niels Pedersen, ogsaa kaldet Oldeniels, skjænkede sit Gods i Ølsemagle til Kapitlet i Kjøbenhavn.

